

C andererseits hierher, um die grundsätzlichen Unterschiede deutlich zu machen und um zu zeigen, daß unmöglich der gleiche Mann beide Beurteilungen, dazu noch fast gleichzeitig, verfaßt haben kann ²²).

Rez. C

Tunc quoque temporis cum pater regis Leodio moraretur — nam Leodicenses illi antiquo affectu fideliter adherebant — crebra hinc, crebra inde nuncia vel literę discurrebant. Inter quę dum nihil minus expectaretur, imperatoris egrotatio, postque brevem languorem obitus eius in castris diffamatur. Referunt qui aderant bona illum confessione nec sine magna fiducia finem vitę fecisse rebusque suis per omnia dispositis, nunciis quoque ad apostolicum pontificem quam ad filium destinatis, sumpto viatico velut obdormiens expirasse. Annis L. Romani imperii gubernacula tenens Romanis nunc voluntariis pie consuluit, nunc ingratias et regnum Teutonicum humiliare nitentibus necessario restitit, vir strenuus et bellicosus, omni personę, omni etati omnique rei sibi congrua impendere solitus et vix quicquam ignorare passus. More patris sui clericos et maxime literatos adherere sibi voluit, hosque honorifice tractans nunc psalmis, nunc lectione vel collatione sive scripturarum ac artium liberalium inquisitione secum familia-

Rez. D u. E

...inopinata et, qua nihil acceptabilius castris illis inferri posset, fama mortis ipsius Heinrichi imperatoris subsequitur. Miserabile tamen dictu est tanti nominis, tantę dignitatis (nobilitatis E) tantique animi virum sub professione christiana mundum tanto tempore luctatum nec ad instar cuiuslibet pauperis defuncti pium vel compassionem luctum a quavis inter tot christianos persona promeruisse, sed potius universorum tam ibidem quam ubivis vere christianorum corda simul et ora infinito nimis tripudio sui obitus rumore replese. Non altius concinebat Israel domino Pharaone demerso, nec augustiori ipsi Octaviano sive ullo unquam augustorum applaudebat Roma triumpho! Frenum quippe, quod erat in maxillis populorum, versum est illis in canticum sicut nox sanctificatę sollempnitatis (cf. Is. 30, 28. 29). Igitur quia cessante tandem exactore conquievit et tributum mox omnes, qui quęstus dumtaxat gratia eidem principi (tenebrarum E) eatenus adherendo suas animas venalitati proposuerant, deditioni regis simul et com-

²²) Schon Hauck, Kirchengeschichte Deutschlands 33. u. 4., 956 Anm. hielt es wegen dieser verschiedenen Beurteilung für unmöglich, daß Ekkehard der Verfasser von C sein könne.